UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

79

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

79 ctum cauſæ; Rot. *d: deciſ. 178, nu: 2.* Nam
defectus cauſæ reddit nullam interpoſi-
tionem decreti ſuper alienatione. Ge-
min. *conſ. 48, nu. 9.* & licèt pro decreto in
dubio præſumatur, tamen admittitur
probatio in contrarium, quòd non ſubſit
neceſſitas, neque utilitas. Rot. *ead. deciſ.*
178, *num. 3, &* 4. nec ſufficit qualiſqualis
80 utilitas, † ſed requiritur, quòd ſit evidens
utilitas, tanquam cauſa finalis alienatio-
nis bonorum eccleſiaſticorum, *cap: 1, de
reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Socin. *conſ. 15,
num. 57, lib. 1.* Corn. *conſ. 244, num. 3,
lib. 2.* Redo. *eod: tract; de reb: Eccleſ: non
alien. quæſt 19, num. 62: & quæſt: 20, nu: 83:*
Borg. *: deciſ: 45 num: 36, lib: 1,* & Rot, *de-
ciſ. 178, num: 8, &* 10.

81 Solemnitas enim † non ſolùm requi-
ritur in ſimplici alienatione, ſed etiam in
tranſactione inter rectorem eccleſiæ, &
emphytheuticarium facta, quæ requirit
eandem ſolemnitatem, quam requirit a-
lienatio. Bertran. *conſ 172, num. 2, & ſeq.
lib. 2.* Dec. *conſ. 46, num. 9, lib. 1.* Borgn.
d deciſ. 45, num. 14, & ſeq. & Ant. Mar.
de can. in conſ. impreſſ poſt. Borg. *deciſ 46,
num. 86, cum pluribus ſeqq. lib, 1.* & quam-
vis contrarium, quando emphyteuta eſt
in poſſeſſione, quia tunc tranſactio non
videtur alienatio, teneat Jaſ. *in l. jusju-
randum, quod ex conventione, §. pupillus,
num. 4, verſ. aliquando tamen, ff: de jurejur:
allegando tex,* & etiam Bart. *in l. ſi pro fun-
do, C. de tranſact.* & gloſſ. *in l: penul: C: de*
82 *uſucap. pro emptore,* d. lex, ſi pro fundo, †
ſuper qua ſit omne fundamentum, loqui-
tur in majori ibi; nec eo tempore minor
annis 25 fuiſti, ſed à majori ad Eccleſiam
non licet arguere, quia Eccleſia non
majori, ſed minori æquiparatur. Bart, *in
l. 1, num 3.* & ibi Bald. *etiam num. 3, C. ſi
adverſus tranſact.* & in terminis, quòd
tranſactio de bonis eccleſiaſticis ſine de-
creto Superioris non valeat, tenet Bart.
in d. l. 1, num: 3, C: ſi adverſus tranſact. &,
quæ in contrarium allegari poſſent, pro-
cedunt in feudo, & in emphyteuſi ſæcu-
lari, & ex diverſis non fit illatio,
*l: Papinianus exuli, ff. de
minoribus.*

* * * * *

FINIS PRIMÆ PARTIS.